



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 76. Cæsar Cardinalis discessui in Angliam nonnihil oblucatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul XVI.

A. C. 1552.

§. LXXVI.

*Cæsar Cardinalis discessui in Angliam nonnihil oblectatus.**Pallav. l. 13.
c. 7. n. 6.*

Septimo post die Commendonus ad Polum ablegabatur eundem de omnibus Romæ agitatis certior redditurus. Verum Cardinalis illum unacum literis ad Papam deferendis remittebat, ut hac in re omnem moram esse præpediendam significaret. Sub idem tempus die septima Septembris, ac rursus decima quarta ejusdem Mensis Vincentius Papalia ad Polum revertebatur, referens, quod Pontifex aut permanendi, aut discedendi copiam ejus prudentiæ penitus relinquat, simul tamen Vincentius eidem tria tradidit diplomata, quorum primum Cæsari, alterum Henrico II. ac tertium denique Mariæ Angliæ Reginæ erat inscriptum, eodemque tempore Papa ei plenam sua potestate utendi facultatem concessit, quantum exigere salus populi, ad quem missus erat. (*)

§. LXXVII.

* An in toto hoc §. vel verbum continetur, ex quo (prout tamen illius summi seu titulus præfert) colligi possit, quod Carolus Imperator sese Poli discessui opposuisse videretur, judicio Lectoris relinquimus.